



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XXXVIII. Chur-Sächsische Vorstellung gegen solche Formula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648.
Mart.
Junius.

Quoniam vero controversiæ Religionis, quæ inter modo dictos Protestantes vertuntur, hætenus non fuerint compositæ, sed ulteriori compositioni reservatæ sint, adeoque illi duas partes constituent; Ideo de Jure Reformandi inter utramque ita conventum est, ut, si aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus, vel alicujus Ecclesiæ Patronus, posthac ad alterius partis sacra transferit, aut Principatum aut Ditionem, ubi alterius partis sacra Exercitio publico de presenti vigent, seu jure Successionis, seu vigore presentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit aut recuperaverit, ipsi quidem Concionatores Aulicos suæ Confessionis, citra subditorum onus aut præjudicium, secum atque in Residentia sua habere liceat; At fas ei non sit, vel Publicum Religionis Exercitium, Leges aut Constitutiones Ecclesiasticas hætenus ibi receptas immutare, vel templa, scholas, hospitalia, aut eo pertinentes redditus, Pensiones, Stipendia prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare, vel Juris Territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocunque prætextu, subditis Ministros alterius Confessionis obrudere, ullumve aliud impedimentum aut præjudicium, directe vel indirecte, alterius sacris asserre. Et ut hæc Conventio eo firmiter observetur, liceat hoc mutationis casu ipsis Communitatibus præsentare, vel quæ Præsentandi Jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Ecclesiarum Ministros à publico loci Consistorio & Ministerio, si ejusdem cum præsentantibus vel nominantibus Communitatibus sunt Religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipsæ Communitates elegerint, examinandos & ordinandos atque à Principe vel Domino postea sine recusatione confirmandos. Si vero aliqua Communitas, eveniente mutationis casu, Domini sui Religionem amplexa petierit suo sumtu exercitium, cui Princeps vel Dominus addictus est, liberum esto, sine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere à Successoribus non auferendum. At Consistoriales, Sacrorum Visitatores, Professores Scholarum & Academiæ Theologiæ & Philosophiæ non nisi eidem Religioni addicti sint, quæ hoc tempore quolibet in loco publice recepta est.

Sicut autem suprascripta omnia de mutationibus futuris intelligenda sunt, ita juribus Principum Anhaltinorum & similium, quæ ipsis comperunt, nullum afferant præjudicium.

§. XXXVIII.

Chur-Sächsische Vorstellung gegen solche Formulare.

Man achtete nun solchergestalt diesen Articulum vor gänzlich verglichen, weil sowohl die Kayserlichen als Schwedischen Gesandten, ingleichen die Catholischen, Lutherischen und Reformirten nichts weiter dagegen einwenderen; Alleine am 14. Jun. geschah von dem Chur-Sächsischen Gesandten nicht nur die sub

N. I. anliegende schriftliche Vorstellung, sondern derselbe wiederholte auch deren Inhalt mündlich in Consilio, worauf ihm aber von denen übrigen Gesandten die Antwort ertheilet wurde, es sollte das Werk in Consideration gezogen werden.

N. I.

Chur-Sächsische Vorstellung und Protestation wider den Articulum die Reformirten betreffend.

Illustrissimorum & Celsissimorum Principum, Illustrissimorum & Generosissimorum Comitum ac Reliquorum invariatae Augustanae
Sechster Theil. N II Con-

1648.
Mart.
Junius.

1648.
Junius.

Confessioni addictorum Statuum, Generis & Virtutis splendore Nobilissimi, Consultrissimi, Præstantissimi Domini Legati.

1648.
Junius.

Serenissimus & Potentissimus Dominus Elector Saxonæ, Dominus meus Clementissimus, in hac perstat sententia, quod beneficia, quæ Constitutio Religionis in Comitibus Augustanis Anno 1555. promulgata Augustanæ Confessioni addictis concedit, magni sint æstimanda, & de istis sine Cæsareæ Majestatis & omnium Imperii Statuum consensu nihil remittendum, quamvis causæ prægnantissima remissionem urgeant; unde est, quod Electoralis ipsius Celsitudo consentire non possit, ut præsentis pacificatoria Transactione de beneficio mutandæ & introducendæ Religionis Statibus Imperii & Augustanæ Confessioni addictis, ex prædicta Constitutione Religionis in terris & Provinciis suis, quas vel jam possident vel per hæreditariam Successionem aut alium titulum legitimum acquirant, competenti, in gratiam illorum, qui Reformati dicuntur, quicquam derogetur. Nec ulla ratione admittendum, ut Reformati, qui invariata Augustanam Confessionem Imperatori Carolo V. Anno 1530. in Comitibus exhibitam non amplectuntur, & Pace Religionis comprehensi non sunt, ex Pacificatione jam ineunda, invariata Augustanæ Confessioni addictos, qui Pace Religionis una cum Catholicis Pontificiis soli comprehensi sunt, facultatem in exercitio juris sui impediendi consequantur: idque ob causas magni momenti, quas hoc loco referre nec animus nec opus est. Verum potestas hæc manibus Reformatorum creditur, secundum pactiōem, quam Domini Legati cum Dominis Reformatis fecerunt & literis conceperunt, Augustanæ Confessioni addictis Statibus vel aliis, qui ex Reformatorum castris ad sacra Augustanæ Confessioni addictorum transiuri essent, qui Successionis vel alio legitimo titulo Principatum aut Ditionem, ubi Reformatorum sacra de præsentis vigent, nacti fuerint vel possederint, fas esse non deberet, publicum Reformatæ Religionis Exercitium ex Principatu aut Ditione ista eliminandi & Augustanam Confessionem introducendi. Quapropter Electoralis ipsius Celsitudo mihi clementissime demandavit, ut in hanc curam incumberem.

1.) Ut verba, quæ in initio istius paragraphi, qui mentionem facit Reformatorum, posita sunt (puta: *Unanimi quoque Cæsareæ Majestatis omniumque Imperii Ordinum consensu*) expungerentur.

2.) Ut versus ille, in quo Jus Reformandi Augustanæ Confessioni addictis vigore Pacificationis Religiosæ competens amputatur, ex allegato paragrapho totus conscinderetur, nec Instrumento Pacis infereretur. Quod dum exequor Mandatum & indigatorum verborum & verficuli expunctionem & conscisionem ea, qua par est, sedulitate & diligentia desidero & moneo, in spem erigor certam admonitioni meæ nomine Electoralis ipsius Celsitudinis factæ locum datum iri. Sin vero Dominis Legatis aliud quid placuerit, & ipsi à projecto Concluso recedendum non esse existimaverint; tum in eventum contra Conclusum istud & omnia ejus contenta solennissime protestor, & quod Electoralis ipsius Celsitudo sibi & omnibus Imperii Statibus in suas partes descendentibus, Jura, quæ Transactio Passaviensis & Pax Religionis Augustanæ Anno 1555. sancita ipsis largiuntur, omni meliori modo potius reservet, quam ex istis aliquid remittat, publice per has literas demonstro & declaro, quam reservationem nullum jus, Privilegium vel Edictum, nec etiam in specie Clausula illa Instrumento præsentis pacificatoriae Transactionis infera, videlicet, quod contra istud Conclusum nullæ Pro-

1648. Protestationes & Contradictiones aliquid præstare debeant, nec impedire
 Julius. valent, nec ullo tempore valebunt. 1648.
 Julius.

Actum Osnabrugis d. 14. Junii 1648.

Serenissimi & Potentissimi Domini
 Electoris Saxonie

Confiliarius & p. t. Legatus.

Johann Leuber, D.

§. XXXIX.

Der Refor-
 miren Gegen-
 Vorstellung
 wider Chur-
 Sachsen.

Wieder sothane des Chur-Sächsischen Reformirten nachgehends folgende Ge-
 sandten Vorstellung exhibirten die gen-Vorstellung.

N. I.

Gegen-Vorstellung derer Reformirten Gesandten auf die Chur-
 Sächsische Vorstellung.

Serenissimus & Potentissimus Dominus Elector Brandenburgicus, juxta
 ac ceteri Elector, Principes & Status Imperii Confessionem fidei, Divo Ca-
 rolo I. Romanorum Imperatori Anno 1530. Augustæ solenniter exhibitam,
 amplectentes & profitentes, nunc à quibusdam Reformati dicti, nullatenus
 sibi persuadere potuerant, fore, ut post tot exantlato labores, devorata fa-
 stidia & adhibitam enixissimam operam pro componendis inter Sacri Ro-
 mani Imperii Electores, Principes ac Status utriusque Religionis disfidis,
 & inde natis olim Gravaminibus, ea, quæ summo communis Patriæ bono
 inter eos, qui utrinque Confessionem Augustanam amplectuntur, sed ex
 quorundam Doctorum placito diversis nominibus, Reformatorum nempe
 & Lutheranorum, insigniuntur, inita est Conventio, nec minus ea, quæ dicti
 Reformati Electores, Principes & Status jure Principum & Statuum Imperii,
 nec non vi Jurisdictionis Territorialis, Pactiorum & Constitutionum publi-
 carum Imperii, atque notoriosissimæ in eodem observantiæ & consuetudi-
 nis, possident & exercent Jura, Regalia, Privilegia & Beneficia, à quoquam
 Imperii Statu, vel Catholicæ Religionis vel Augustanæ Confessionis addicto,
 convelli, in controversiam vocari, & intempestivis contradictionibus ac
 protestationibus oppugnari deberent aut possent; cum omnibus recte sa-
 pientibus & sentientibus notissimum sit, partim intempestiva illa circa Re-
 ligionem dissidia multiplicibus malis communem Patriam hæctenus agi-
 tasse, neque promptiori aut magis salubri remedio, quam eorundem ami-
 cabili compositione impofterum tentandâ, interea vero animorum & con-
 siliiorum perfecta concordia, inter omnes Imperii Status huic morbo ob-
 viam iri potuisse, partim nulli Electori, Principi aut Statui jus aut fas esse, al-
 terius Electoris, Principis aut Status Imperii Jura, Regalia & Privilegia com-
 munita in dubium vocare, multo minus, quantum in se, penitus tollere.

In qua sententia dum dicta Sua Serenitas Electoralis una cum cæteris
 Electore, Principibus & Statibus Imperii, quos Reformatos appellare placuit,
 firmissime persistunt, certe citra summam admirationem videre non potue-
 runt illam protestationem, quam Serenissimi ac Potentissimi Domini Ele-

Sechster Theil.

N 2

Storis